

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Loquacitas af
cum fonte primo

Sermonem maximo temperamento
cum loquente dispensa in
quo patitur nullam aut
extraneus uerecundiam, aut familiaris
iniuriam, aut credulus inuidiam,

aut peritus calumpniam
aut imperitus infamiam.

Seneca in quadam epistola.

Sermonem maximo temperamento
cum conloquente dispensat, in
quo non patitur ullam aut
uerecundiam externus aut familiaris
iniuriam, aut crudelus inuidiam
aut curiosus repulsam
aut suspiciosus nequitiam,
aut peritus calumpniam
aut imperitus infamiam.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri*
nouem, 7, 13, 4 (A. Loyen ed., vol.3,
p.68).